

M0011780: Reproduction of a cropped page from Lodovicus Rhodiginus' Lectionum antiquarum libri XVI, 1516

Publication/Creation

1951

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/zc76crde>

License and attribution

Conditions of use: it is possible this item is protected by copyright and/or related rights. You are free to use this item in any way that is permitted by the copyright and related rights legislation that applies to your use. For other uses you need to obtain permission from the rights-holder(s).



Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>

sculpturam resipit etiamnum . Ozanica in Dioscoride uidentur esse Olfactoriola . Ozas tamen dicunt Onagrorum coria . Sed & apud eundem pluscula obseruauimus præfens negotium iuuantia, sicuti illud ἀρωματίζειν, quod Aromata redolere signat, ut nardum ναρδίζειν . Nam ἀλμυρίζειν, est Salis gustum habere. μελανίζειν, nigricare. κουραλίζειν ad Coralij uergere colorem. οἴνοιζειν, uinum resipere. ἔσδιζειν rosam. πραγμάτιζειν hircum: καστίζειν Casiam. At χρυσίζειν est in auri colorem reclinare. πεπερίζειν piper sapere . Obolere uero in malum capitur, Semper em de tetro, & illiberali odore dicitur fere, ut Plauti mostellaria manifestum facit, Oboluisti allium Germana illuuiies . Oletare in ueterum doctrina esse uidetur , Olidum facere , manifestius ex lege id fit , qua subnotatum aduertimus, ne quis aquam oletato dolo malo, ubi publice salit. Siquis oletarit, Sestertiorum decem millium mulcta esto.

Pustulas in naso, & Ionthos quid signare coniecarint Veteres. Quid Ionthos, & unde. Amantium blandimenta aduersum amatos. CAP V T XXVI

SVPER STITIONIS antiquæ uestigia in Græcorum Commentariolis pri- dem obseruauimus, quæ & uarietatis gratia, quam anxie nimis, ac solicite affectat plerūq; humanus animus, huic loco suppingam. Moris est, inquiūt, nonnullis, quæ naso adnascuntur Psydracia (Est autem eo nomine pustula durior, acuta, & subalbens) nuncupare mendacia, quoniam ferè sint Mendacio quí argumenta. Sed & ad ipsum id spectat, qd' lectum quoq; est, Sículos consuesse, Ionthos, qui sese parte eadem ostentent, θένται appellare, id est, uanos, mēdaceisq;, quia id genus homines per ea naturæ indícia planè significantur . Sunt autem Ionthi in hoc proposito, quos latine Varos recte dixeris. Vocari autem sic arbitrantur, uel quod ætatis flore protuberent, aut ab Onthos, quæ res simum indicat, quia faciei sint de honestamēto, quod διθιλένειν dicitur. Sciendum tamē primum prodeentes pilos Ionthos quoq; solere nuncupari, ratione uocis ab ἵεναι deflexa, & ἀνδεῖν. Illud uero, quod Plato scribit, & recensuit Plutarchus, non tam superstitionis fuerit, aut obseruationis superfluentis, quam Amatoriū